

f^o 3,

Leg 14 Jaque 3^e

119

3.



UVA. BHSC. LEG 14-3 n°1119

UVA. BHSC. LEG 14-3 n°1119



Por el Excmo. Sr. D. Joseph Antonio Caballero, Secretario de Estado y del Despacho universal de Gracia y Justicia, se ha comunicado al Consejo con fecha 10 de Diciembre próximo la Real Orden que dice así:

„Como el religioso y piadoso corazon del Rey „no pueda prescindir de las facultades que el Todo- „poderoso ha concedido á S. M. para velar sobre la „pureza de la Religion Católica, que deben profesar „todos sus vasallos, no ha podido menos de mirar „con desagrado se abriguen por algunos, baxo el „pretexto de erudicion ó ilustracion, muchos de „aquellos sentimientos que solo se dirigen á desviar „á los fieles del centro de unidad, potestad y juris- „dicion que todos deben confesar en la cabeza visi- „sible de la Iglesia, qual es el sucesor de S. Pedro: „de esta clase han sido los que se han mostrado pro- „tectores del Sínodo de Pistoia, condenado solem- „nemente por la Santidad de Pio VI en su Bula „Auctorem fidei, publicada en Roma á 28 de Agos- „to de 1794; y queriendo S. M. que ninguno de sus „vasallos se atreva á sostener pública ni secretamen- „te opiniones conformes á las condenadas por la ex- „presada Bula, es su Real voluntad que inmediata- „mente se imprima y publique en todos sus dominios, „encargando á los Obispos y Prelados Regulares „inspiren á sus respectivos súbditos la mas ciega „obediencia á este Real mandato, dando cuenta de „los infractores para proceder contra ellos sin la „menor indulgencia á las penas á que se hayan he- „cho acreedores, sin exceptuar la expatriacion de „los dominios de S. M.; en la inteligencia de que á

„las mismas se expondrán si, lo que no es creible
„ni espera S. M. de los Obispos y Prelados, hu-
„biese alguno que en esta materia procediese con
„indolencia cautelosa ó abiertamente contra lo man-
„dado; y al mismo tiempo es la voluntad de S. M.
„que el Tribunal de la Inquisicion prohiba y re-
„coja quantos libros y papeles hubiese impresos, y
„que contengan especies ó proposiciones que sos-
„tengan la doctrina condenada en dicha Bula, pro-
„cediendo sin excepcion de estados y clases contra
„todos los que se atreviesen á oponerse á lo dis-
„puesto en ella; y que el Consejo de Castilla cir-
„cule esta soberana resolucion con un exemplar de
„la Bula á todas las Audiencias y Chancillerias y
„demas Tribunales del Reyno, para que zelen sobre
„este punto, mandándose á las Universidades que
„en ellas no se defiendan proposiciones que puedan
„poner en duda las condenadas en la citada Bula:
„haciendo saber á todos que así como S. M. se da-
„rá por muy servido de los que contribuyesen á
„que tengan el debido efecto sus intenciones sobera-
„nas, procederá contra los inobedientes usando de
„todo el poder que Dios le ha confiado. Lo que par-
„ticipo á V. E. de órden de S. M. para que ha-
„ciéndolo presente en el Consejo disponga su cum-
„plimiento en la parte que le toca, teniendo enten-
„dido que por esta via se comunica á los Obis-
„pos, Prelados Regulares y Universidades del Rey-
„no, á quienes cuidará el Consejo de remitir quan-
„to antes un exemplar de dicha Bula; y de quedar
„executada en todas sus partes esta resolucion de
„S. M. me dará V. E. aviso para ponerlo en su Real
„noticia.”

Publicada en el Consejo la antecedente Real Or-
den, y otra que se le dirigió en 15 de este mes,
acordó su cumplimiento, y que sin perjuicio de las

regalías, derechos y facultades de S. M. se imprimiese y publicase dicha Bula, y se comunicasen exemplares de ella á las Chancillerías y Audiencias Reales, y á los M. RR. Arzobispos, RR. Obispos, Prelados Regulares y Universidades del Reyno para el fin resuelto por S. M.

Todo lo qual participo á V. de órden del Consejo, acompañándole un exemplar autorizado de la referida Bula para su inteligencia, y que disponga lo correspondiente á su cumplimiento en la parte que le toca, comunicándola al propio efecto á todos los sujetos que dependan de su autoridad y deban concurrir á su ejecucion y observancia; y de su recibo me dará aviso para hacerlo presente al Consejo.

Dios guarde á V. muchos años. Madrid 9
de Enero de 1801.

He was born in 1801 at Llanidloes, Powys, Wales, the son of John and Mary Williams. He studied at the University of Cambridge and graduated in 1825. After graduation, he taught at various schools in England and Scotland, including the Royal High School in Edinburgh. In 1830, he became a teacher at the Royal Grammar School in Worcester. He was a member of the Royal Society of Arts and a fellow of the Royal Society of Literature. He died in 1865 at the age of 64.

B U L A


DEL SANTÍSIMO PADRE PIO VI,

DE GLORIOSA MEMORIA,

POR LA QUAL SE CONDENAN MUCHAS DE LAS PROPOSICIONES
de un libro impreso en idioma italiano con el título de *Atti, e*
Decreti del Concilio Diocesano di Pistoja dell'anno MDCCCLXXXVI.—
In Pistoja per Atto Bracali, Stampatore Vescovile.—*Con approvazione;* y se prohíbe este libro y otros cualesquiera que
se hayan publicado en su defensa, ó se publicaren
en lo sucesivo en cualquier idioma.

AÑO

1801.



MADRID
EN LA IMPRENTA DE LA
REAL BIBLIOTECA 1801

DOMINI IESU CHRISTI

IV. OPERA MAGNA SACRA APOSTOLICA

DE GLORIA MEMORIA

LIBER SCANDINAVI MUCHVS DE LVS PROBOSCIENSIS
e nro libro primo anno 1611. e libro secundo anno 1612.
Dicitur de libro primo anno 1611. et de libro secundo anno 1612.
et de libro tertio anno 1613. et de libro quarto anno 1614.
et de libro quinto anno 1615. et de libro sexto anno 1616.
et de libro septimo anno 1617. et de libro octavo anno 1618.
et de libro nono anno 1619. et de libro decimo anno 1620.
et de libro undevigesimo anno 1621. et de libro duodecimo anno 1622.
et de libro decimotertio anno 1623. et de libro decimocuarto anno 1624.

1801

AN

MADRID

UVA. BHSC. LEG 14-3 n°1119



1119

Sanctissimi Domini nostri Domini Pii divina Providentia Papae VI damnatio quamplurimum propositionum excerptarum ex libro italicico idiomate impresso sub titulo : Atti , e Decreti del Concilio Diocesano di Pistoja dell' anno MDCCCLXXXVI. — In Pistoja per Atto Bracali , Stampatore Vescovile. — Con approvazione : *cum prohibitione ejusdem libri , et aliorum quorumcumque in ejus defensionem tam forsan editorum , quam in posterum edendorum.* — Romae MDCCXCIV. — Ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae.

P I U S E P I S C O P U S ,

S E R V U S S E R V O R U M D E I ,

Universis Christifidelibus salutem , et apostolicam benedictionem.

Auctorem fidei , et consummatorem Jesus aspicientes nos jubet Apostolus ^(a) sedulo recogitare qualem , quantamque ille sustinuit à peccatoribus adversum semetipsum contradictionem , ut ne laberibus , et periculis defatigati deficiamus aliquando animis nostris , peneque consideramus . Hac saluberrima cogitatione muniri nos ac refici tum maxime necessum est cum adversus corpus ipsummet Christi , quod est Ecclesia ^(b) , dirae istius , nec unquam desituae conjurationis aestus acrius exardescit : ut à Domino confortati , et in potentia virtutis ejus , scuto fidei protecti resis-

Condenacion de muchas proposiciones entresacadas de un libro impreso en idioma italiano con el título de *Atti, e Decreti del Concilio Diocesano di Pistoja dell' anno MDCCCLXXXVI.* — *In Pistoja per Atto Bracali , Stampatore Vescovile.* — *Con approvazione ;* hecha por nuestro Santísimo Padre y Señor el Señor Pio VI por la divina Providencia Papa, prohibiendo al mismo tiempo el soredicho libro , y otros cualesquiera que en su defensa acaso se hayan publicado ya , ó se publicaren en lo sucesivo. — Impresa en Roma el año de MDCCXCIV. — En la Imprenta de la Reverenda Cámera Apostólica.

P I O O B I S P O ,

S I E R V O D E L O S S I E R V O S D E D I O S .

A todos los Fieles Christianos salud y la apostólica bendicion.

El Apóstol nos manda , que contemplando á Jesus autor y consumador de nuestra fe , reflexionemos cuidadosamente qual y quan grande contradiccion contra sí mismo sufrió de los pecadores , para que no lleguemos en algun tiempo á decaer de ánimo , y casi experimentar la ruina por la fatiga de los peligros y trabajos. Se hace mas necesario el fortificarnos y esforzarnos con esta saludable reflexión quando con mas vehemencia se irrita la furia de esta cruel é interminable conjuracion contra el mismo cuerpo de Christo , que es la Iglesia , para que confortados por el Señor y con el poder de su brazo , protegidos con

tere possimus in die malo , et omnia tela iniquissimi ignea extinguere ^(a). In hoc sane motu temporum , in hac rerum perturbatissima conversione gravis est quidem bonis omnibus contra omnes cujusque generis Christiani nominis hostes collectatio subeunda : gravior Nobis quibus pro credita pastorali nostrae solicitudini gregis totius cura , et moderatione , major cunctis Christianae Religionis zelus incumbit^(b). Verum in hac ipsa oneris gravitate , quae humeris nostris imposta est , portandi onera omnium , qui gravantur , quo magis consciit Nobis sumus infirmitatis nostrae , eo firmorem in spem erigit Nos , et sublevat Apostolici hujusce muneris in persona B. Petri divinitus instituta ratio , ut qui semel tradita sibi à Christo Ecclesiae gubernacula nunquam derelicturus erat , ipse apostolicae gubernationis onera in illis portare , non desineret , quos ei Deus protegendos perpetua successione , ac tuendos haeredes dedisset.

Et in hisce quidem aerumnis quae undique circumstant ; ad caeterarum molestiarum velut cumulum accessit , ut unde oportuerat Nos gaudere , majorem inde tristitiam hauriremus. Quippe cum aliquis sacrosanctae Ecclesiae Dei praepositus sub Sacerdotis nomine ipsum Christi populum à tramite veritatis in praeceps deviae persuasionis avertit , et hoc in amplissima urbe , tum plane est geminanda lamentatio , et major solicitude adhibenda ^(c).

Fuit sane non in ultimis terris , verum in media luce Italiae , sub oculis Urbis , et prope Apostolorum limina ; fuit Episcopus duplicitis Sedis honore insignis (Scipio de Ricciis , antea Episcopus Pistorien. , et Praten.) , quem ad Nos

el escudo de la fe podamos resistir en el dia malo , y extinguir los encendidos dardos del espíritu maligno. A la verdad , en estos tiempos tan revueltos , en el presente perturbadísimo trastorno de las cosas , es forzoso que todos los buenos hayan de pelear contra todos los enemigos del nombre Cristiano de cualquier género que sean ; pero es mas fuerte la lucha que Nos mismo habremos de sufrir , á cuyo cargo , por el cuidado y gobierno de toda la grey que se ha encargado á nuestra pastoral solicitud , incumbe el zelar mas que todos por la Christiana Religion. Pero en medio de lo pesado del gravámen que se ha impuesto sobre nuestros hombros de soportar las cargas de todos los que se ven agoviados , quanto mas ciertamente conocemos nuestra flaqueza , tanto mas afirma nuestra esperanza , y nos alienta la calidad de este nuestro apostólico cargo , establecida por Dios en la persona de S. Pedro , que quien nunca habia de dexar el gobierno de la Iglesia que una vez le habia sido encomendado por Christo , jamas dexase de llevar las cargas de este gobierno apostólico en aquellos que Dios le diese por herederos en la dignidad para protegerlos con sucesion perpetua , y defenderlos.

Y ciertamente en estos trabajos , que por todas partes nos cercan , se ha juntado como por colmo de las demás molestias el que de donde deberia venirnos el gozo , de allí nos viniese la mayor tristeza. Pues quando algun Prelado de la sacrosanta Iglesia de Dios , abusando del carácter de Sacerdote , aparta al mismo pueblo de Christo de la senda de la verdad ácia el precipicio de una extraviada persuasion , y esto en una gran ciudad , entonces sin duda han de duplicarse los lamentos , y aplicarse mayor solicitud.

Ha habido á la verdad , no en las tierras mas remotas , sino á la faz de toda Italia , á los ojos de Roma , y cerca de las Basílicas de los Apóstoles : ha habido un Obispo , insigne por el honor de dos Sillas (Scipion de Ricci , antes Obispo de

(a) Ad Ephes. 6. (b) S. Siricius ad Himerium Tarrac. Epist. 1. apud Coust. (c) S. Caelest. I. Ep. 12. apud Coust.

*pro pastorali munere suscipiendo acceden-
tem paterna caritate complexi sumus, qui
vicissim Nobis, atque huic Apostolicae
Sedi in ipso sacrae suae ordinationis ritu
debitam fidem, et obedientiam solemnis ju-
risjurandi religione obstrinxit.*

*Atque is ipse non longo intervallo
posteaquam à complexu nostro cum oscu-
lo pacis dimissus ad commissas sibi
plebes accessit, coacerbatorum pver-
sae sapientiae magistrorum fraudibus
circumventus eo coepit intendere, ut quam
superiores Antistites ex ecclesiastica re-
gula laudabilem, et pacatam christia-
nae institutionis formam jam pridem in-
vexerant, ac pene defixerant, non ille
pro eo ac debebat, tueretur, coleret,
perficeret, sed contra per speciem fici-
tae reformationis importunis inducendis
novitatibus perturbaret, convelleret, fun-
ditus everteret. Quin etiam cum et hor-
tatu nostro ad Synodum Dioecesanam
animum adjunxisset, praefracta ejus in
suo sensu pertinacia effectum est, ut
unde remedium aliquod vulnerum peten-
dum erat, inde gravior pernicies enas-
ceretur.*

*Sane postquam Synodus haec Pisto-
riensis è latebris erupit, in quibus
aliquandiu abdita delituit, nemo fuit
de summa religione pie, sapienterque
sentiens, qui non continuo adverterit,
hoc fuisse auctorum consilium, ut quae
antea per multiplices libellos pravarum
doctrinarum semina sparserant, ea in
unum velut corpus compingerent, pros-
criptos dudum errores exuscitarent,
apostolicis, quibus proscripti sunt, de-
cretis fidem auctoritatemque derogarent.*

*Quae cum cerneremus, quo graviora
sunt per sese, tanto impensius pas-
toralis nostrae solitudinis opem effla-
gitare, mentem convertere non distuli-
mus ad ea capienda consilia, quae
surgenti malo vel sanando, vel com-
primendo accommodatoria viderentur. At-
que in primis sapientis moniti me-
mores praedecessoris nostri Beati Zó-
simi, ea quae magna sunt, magnum*

Pistoya y de Prato), á quien con paternal amor recibimos quando vino á Nos para tomar el cargo pastoral; el qual en el mismo rito de su sagrada ordenacion afianzó con la religion del juramento solemne, la fidelidad y obediencia debidas á esta Se- de Apostólica.

Pues este mismo, sin pasar mucho tiempo despues que habiéndose despedido de Nos con nuestro fraternal abrazo y ósculo de paz, llegó á la grey que se le habia confiado, engañado por los fraude de una caterva de maestros de una perversa ciencia, comenzó á proyectar, no el defender, cultivar y perfeccionar como debia aquella forma de enseñanza cristiana laudable y pacífica, que segun las reglas de la Iglesia habian introducido y casi arraigado los anteriores Obispos; sino por el contrario perturbarla, trastornarla, destruirla enteramente, introduciendo importunas novedades bajo el pretexto de una fingida reforma. Antes bien como por consejo nuestro se dedicase á tener un Sínodo Diocesano, acaeció por su obstinada pertinacia en su parecer, que de donde se habia de sacar algun remedio al mal, de allí naciese el mayor daño.

A la verdad, despues que este Sínodo de Pistoya salió á luz del lugar en que por algun tiempo se mantuvo oculto, ninguno hubo de quantos sentian piadosa y sabiamente de la sacrosanta Religion, que no advirtiese desde luego que la intencion de sus autores habia sido el reunir como en un cuerpo quantas semillas de perversas doctrinas se habian esparcido por muchos libelos perniciosos, resucitar los errores condenados, y quitar la fe y autoridad á los decretos apostólicos que los condenaron.

Al ver que estas cosas quanto eran mas graves en sí mismas, tanto mas eficazmente pedian los oficios de nuestra pastoral solicitud, no differimos el atender á tomar aquellos consejos que pareciesen mas acomodados, ó para sanar, ó para conte- ner el mal que empezaba á descubrirse. Y en primer lugar teniendo presente la sabia advertencia de nuestro predecesor el Santo Zósimo, es á saber, *que las cosas*

pondus examinis desiderare, *Synodum ab Episcopo editam primum quatuor Episcopis, aliisque adjunctis è Clero saeculari Theologis examinandam commissimus: tum et plurium S. R. E. Cardinalium, aliorumque Episcoporum congregacionem deputavimus, qui totam actorum seriem diligenter perpenderent, loca inter se dissita conferrent, excerptas sententias discuterent, quorum suffragia coram Nobis voce, et scripto edita exceptimus: qui et Synodum universe reprobandum, et plurimas inde collectas propositiones, alias quidem per sese, alias attenta sententiarum connexione plus minusve acribus censuris perstringendas censuerunt.* Quorum auditis perpensisque animadversionibus illud quoque nobis curae fuit, ut selecta ex tota Synodo praecipua quedam pravarum doctrinarum capita, ad quae potissimum fusae per Synodum reprobandae sententiae directe, vel indirecte referuntur, in certum deinceps ordinem redigerentur, eisdemque sua cuique peculiaris censura subjiceretur.

Ne vero ex hac ipsa tametsi accuratissime peracta, sive locorum collatione, sive sententiarum disquisitione pervicaces homines obtrectandi occasionem arriperent, ut huic forte jam paratae caluniae obviam iretur, sapienti consilio uti statuimus, quod in emergentibus hujusmodi periculis noxiisve novitatibus reprimendis plures nostri sanctissimi predecessores, tum et gravissimi Antistites, ac generales etiam Synodi rite, cauteque adhibitum, illustribus exemplis testatum, commendatumque reliquissent.

Norant illi versutam novatorum fallendi artem, qui catholicarum aurium offensionem veriti, captionum suarum laqueos persaepe student subdolis verborum involucris obtegere, ut inter dis-

grandes pidan grande y maduro exámen, cometimos primeramente el Sínodo que dió á luz el Obispo, al exámen de quatro Obispos, y de otros sujetos que les agregamos del Clero secular. Diputamos tambien despues una congregacion de muchos Cardenales de la S. R. I., y otros Obispos, que considerasen diligentemente toda las serie y órden de las actas, cotejasen los lugares entre sí dispersos, hiciesen discussión de las sentencias que se habian entresacado, cuyos votos recibimos por Nos mismo, dados en voz y tambien por escrito en nuestra presencia; los quales juzgaron que debia ser reprobado universalmente el Sínodo, y notadas con censuras mas ó menos severas muchas proposiciones sacadas de él, unas como estan por sí mismas, y otras atendida la conexión de las sentencias. Despues, oidas y reflexionadas dichas observaciones, cuidamos de que entresacando de todo el Sínodo ciertas proposiciones principales de perversas doctrinas, á las que especialmente se reducen directa ó indirectamente las sentencias dignas de reprobacion que estan sembradas por el Sínodo, se reduxesen en adelante á un cierto órden, y á cada una de ellas se le pusiese inmediatamente debaxo su censura particular.

Mas para que de este mismo cotejo de lugares, ó riguroso exámen de sentencias, no obstante el haberse hecho con toda escrupulosidad, no tomasen ocasion de hablar mal los hombres contumaces: para obviar esta calumnia, acaso ya meditada, resolvimos usar del consejo sabio, que para reprimir en su nacimiento las novedades peligrosas y nocivas, despues de abrazarle debida y cautamente muchos santísimos predecesores nuestros y gravísimos Prelados, y tambien Concilios generales, le deixaron acreditado y recomendado con ilustres ejemplos.

Sabian muy bien el astuto arte de engañar de los novadores, los cuales temiendo ofender los oidos católicos, cuidan ordinariamente ocultarlos con fraudulentos artificios de palabras, para que entre la va-

crimina sensuum ^(a) latens error lenius influat in animos, fiatque ut corrupta per brevissimam adjectionem, aut commutationem veritate sententiae, confessio quae salutem operabatur, subtili quodam transitu vergat in mortem. Atque haec quidem involuta, fallax disserendi ratio, cum in omni orationis genere vitiosa est, tum in Synodo minime ferenda, cuius est haec laus praecipua, eam in docendo dilucidam consecitari dicendi rationem, quae nullum offensionis periculum relinquat. Quo in genere proinde si quid peccatum sit hac nequeat, quae afferri solet, subdola excusatione defendi, quod quae alicubi durius dicta exciderint, ea locis aliis planius explicata, aut etiam correcta reperiantur, quasi procax isthaec affirmandi et negandi, ac secum pro libito pugnandi licentia, quae fraudulenta semper fuit novatorum astutia ad circumventionem erroris, non potius ad prodendum, quam ad excusandum errorem valeret. Aut quasi rudibus praesertim, qui in hanc vel illam forte inciderint partem Synodi vulgari lingua omnibus expositae, praesto semper essent alia, quae inspicienda forent, dispersa loca, aut his etiam inspectis satis cuique facultatis suppeteret ad eas sic per secomponenda, ut quemadmodum perperam isti effutiunt, erroris omne periculum effugere valerent. Existiosissimum profecto insinuandi erroris artificium, quod in Constantinopoli Antistitis Nestorii litteris jam olim sapienter detectum gravissima reprehensione praedecessor noster Caelestinus ^(b) coarguit; quibus nempe in litteris vestigatus veterator ille, deprehensus, et tentus, suo se multiloquio labefaciens, dum vera involvens obscuris, rursus utraque confundens vel confiteretur negata, vel niteretur negare confessa. Ad quas depellendas insidias nimium saepe omni aetate renovatas non alia potior via inita est, quam ut iis exponendis sententiis, quae sub

riedad de sentidos con mayor suavidad se introduzca en los ánimos el error oculto, y suceda, que corrompida por una ligerísima adición ó mudanza la verdad de la sentencia, pase sutilmente á causar la muerte la confesión que obraba la salud. Y á la verdad, este modo solapado y falaz de discurrir, aunque en todo género de oración es vicioso, mucho menos debe tolerarse en un Sínodo, cuya especial alabanza es el observar, quando enseña, tal claridad en el decir, que no dexe peligro alguno de tropezar. Y por tanto, si en este género de cosas se llegase á cometer error, no se pueda defender con aquella engañosa excusa que suele darse, de que lo que tal vez por descuido se dixo en una parte con mayor dureza, se halla en otros lugares mas claramente explicado y aun corregido; como si esta descarada licencia de afirmar, y negar y contradecirse segun su voluntad, que fue siempre la fraudulenta astucia de los novadores para sorprehender con el error, no fuese mas propia para descubrirle que para ocultarle: ó como si especialmente á los indoctos que por casualidad viniesen á dar en esta ó la otra parte del Sínodo, que á todos se presenta en lengua vulgar, les hubiesen de ocurrir siempre aquellos otros lugares dispersos que deberian mirarse, ó aun vistos estos tuviese qualquiera bastante instrucción para conciliarlos por sí mismo, de suerte que, como aquellos falsamente y sin consideración dicen, puedan huir todo peligro de error. Artificio á la verdad perniciosísimo de introducir el error que consabia penetración descubierto ya antes en las cartas de Nestorio, Obispo de Constantinopla, le refutó con reprehensione gravíssima nuestro predecesor Celestino; en las cuales cartas siguiéndole los pasos á aquel taymado, cogido y detenido, armado de su loquacidad, quando envolviendo en tinieblas lo verdadero, y volviendo despues á confundir uno y otro, ó confesaba lo que había negado, ó pretendía negar lo que había confesado. Para rebatir estas astucias, renovadas con demasiada freqüencia en todas las edades, no se ha hallado otro ca-

(a) S. Leo M. Ep. 129. edit. Baller.

UVIA. BHSC. LEG 14-3 n°1119

(b) S. Caelest. Ep. 13. n. 2. apud Cost.

latibulo ambiguitatis periculosam suspiciorumque involvunt discrepantiam sensuum, perversa significatio notaretur, cui subesset error, quem catholica sententia reprobaret.

Quam et Nos moderationis plenam rationem eo libentius amplexi sumus, quo magis ad reconciliandos animos, et ad unitatem spiritus in vinculo pacis adducendos (quod favente Deo in pluribus gaudemus jam feliciter evenisse), magno fore adjumento prospeximus, providere primum, ne pertinacibus, si qui supererunt, quod Deus avertat, Synodi sectatoribus integrum sit posthac ad novas turbas ciendas, justae suae damnationis consortes veluti ac socias sibi adsciscere scholas catholicas, quas invitatas plane ac repugnantes, per detor tam quamdam affinium vocabulorum similitudinem in expressa, quam illae testantur sententiarum dissimilitudine, in partes suas pertrahere nituntur. Deinde si quos imprudentes aliqua fefellit adhuc praeconcepta mitior opinio de Synodo, his etiam omnis conquerendi locus praecludatur, qui si recte sapiunt, ut videri volunt, aegre ferre nequeant doctrinas damnari sic denotatas, quae errores praeseferant, à quibus ipsi profitentur se longissime abesse.

Nec dum tamen satis ex animo lenitati nostrae factum putavimus, seu verius caritati, quae urget Nos erga fraterem nostrum, cui omni ope volumus, si adhuc possumus subvenire ^(a). Caritas nempe illa urget Nos, qua inductus praedecessor noster Caelestinus ^(b) etiam contra fas, seu majori quam fas esse videretur, patientia Sacerdotes corrigen dos expectare non abnuebat. Magis enim cum Augustino, Milevitanisque Patribus volumus, et optamus homines prava docentes pastorali cura in Ecclesia sana-

mino mas acomodado que el exponer las sentencias, que embozadas con la ambigüedad, encierran una peligrosa y sospechosa diversidad de sentidos, notar la siniestra inteligencia á que está anexo el error que repreuba la sentencia católica.

El qual método lleno de moderacion, Nos con tanto mas gusto le hemos abrazado, quanto hemos conocido que ayudaria para reconciliar los ánimos, y atraerlos á la unidad del espíritu en el vínculo de la paz (lo que nos ha dado gran gozo de haber conseguido en muchos por el favor de Dios), conduciria en gran manera el proveer primeramente que si hubiese aun (lo que Dios no quiera) algunos pertinaces sectarios del Sínodo, no les quede arbitrio para suscitar en adelante nuevas turbaciones, pretender que son compañeras suyas y partícipes de su justa condenacion las escuelas católicas, á quienes á pesar de su contradiccion y repugnancia se esfuerzan á atraerlas á su partido por un torcido sentido de vocablos que se asemejan aun en medio de la expresa diversidad de sentencias que ellas propugnan; y tambien á fin de que si algunos imprudentes se hallasen aun engañados por alguna preocupada opinion mas benigna acerca del Sínodo, se les quite igualmente á estos el motivo de quejarse; los cuales si son de sana doctrina, como quieren dar á entender, no podrán llevar á mal que se condenen unas proposiciones, que segun van calificadas presentan á la vista los errores de que ellos protestan hallarse sumamente distantes.

Pero aun no creimos haber cumplido como deseábamos con nuestra benignidad, ó mejor diremos con la caridad que nos estrecha para con nuestro hermano, á quien á toda costa querriamos, si nos fuese posible, socorrer, es decir, nos impele aquella caridad, de la que llevado nuestro predecesor Celestino, aun mas de lo justo ó con mayor paciencia de la que parecia lícita, no rehusaba esperar la correccion de los Obispos; porque queremos mas y deseamos con S. Agustin y los Padres Milevitano, que los hombres que enseñan ma-

(a) . S. Caelest. Ep. 14 ad populum C. P. n. 8 ap. Const. (b) Ep. 13. ad Nest. n. 9.

ri, quam desperata salute ex illa resecari, si necessitas nulla compellat ^(a).

Quam ad rem, ne quod genus officii ad lucrandum fratrem praetermissum videretur, praefatum Episcopum, antequam ad ulteriora progrederemur, amantissimis litteris ad eum jussu nostro datis ad Nos acciendum duximus, polliciti fore, ut benevolo animo à Nobis exciperetur, nec vetaretur, quin, quae in rem suam facere sibi viderentur, libere, aperteque expromeret. Nec vero spes Nos omnis deseruerat fieri posse, ut siquidem animum illum docibilem afferret, quem ex Apostoli sententia in Episcopo maxime Augustinus ^(b) requirebat, cum simpliciter, et candide omni remota concertatione, et acerbitate recognoscenda ei proponerentur praecipua doctrinarum capita, quae visa essent majori animadversione digna, tum facile sese ipse colligens non dubitaret, quae ambigue posita essent, in saniorem sensum expondere, quaeve manifestam pravitatem praeseferrent, aperte repudiare: atque ita magna cum sui nominis existimacione, tum laetissima bonorum omnium gratulatione, pacatissima, qua fieri posset ratione orti in Ecclesia strepitus optatissima correctione comprimerentur ^(c).

Nunc vero cum ille oblato beneficio incommodae valetudinis nomine minus utendum sibi esse censuerit, differre jam non possumus, quin apostolico nostro muneri satisfaciamus.

Non unius tantummodo alteriusve Dioecesis periculum agitur. Universalis Ecclesia quacumque novitate pulsatur ^(d). Undique jam pridem non expectatur modo, verum assiduis repetitis precibus efflagitatur supremae Apostolicae Sedis judicium. Absit, ut vox Petri in illa unquam Sede sua conticescat, in qua perpetuo vivens ille ac praesidens praestat quae-

las cosas sean sanados en la Iglesia por el cuidado pastoral, que separarlos de ella sin esperanza de salud, mientras no haya necesidad que obligue á esto.

Para lo qual, porque no pareciese que se habia omitido ningun medio para reducir al hermano, antes de pasar mas adelante tuvimos á bien de llamar á Nos al mencionado Obispo por medio de amorosas cartas que de órden nuestra se le escribieron, ofreciéndole que seria recibido por Nos con benevolencia, y no se le estorbara el que libre y claramente expusiese quanto le pareciese podria convenir á su defensa. Ni habiamos á la verdad perdido enteramente la esperanza de que podia suceder que si él traxese aquel ánimo dócil, que segun la sentencia del Apóstol exigia San Agustín, principalmente del Obispo, quando con sencillez y candor, excluida toda disputa y desabrimiento, se le propusiesen para el reconocimiento los principales puntos de las doctrinas que habian parecido dignas de mas grave censura, volviendo en sí mismo no dudaria exponer en sentido mas sano las que en el Sínodo se habian puesto con ambigüedad, ó reprobando abiertamente las que descubriesen una manifiesta malignidad. Y de esta manera con grande estimacion de su nombre, y no menos festivos aplausos de todos los buenos, del modo mas pacífico que ser pudiese se reprimirian con la mas deseada corrección los escándalos que habian nacido en la Iglesia.

Pero ahora, como él con excusa de sus achaques no hubiese tenido á bien el usar del beneficio que se le ofrecia, no podemos ya dilatar el cumplir con nuestro ministerio apostólico.

No se trata del riesgo de una ú otra Diócesis. La Iglesia universal se resiente de qualquiera novedad. Mucho tiempo hace que de todas partes no solo se espera, sino que con freqüentes repetidas súplicas se pide el juicio de la suprema Silla Apostólica. No permita Dios que sobre esto deje de hablar nunca la voz de Pedro desde aquella su silla, en la que viviendo él y

(a) Epist. 176. num. 4. 178. num. 2. edit. Maur. EG 14 Lib. 40 1^o Baptism. cont. Donat. c. 5. et l. 5. c. 26. (c) S. Caelest. Ep. 16. n. 2. apud Const. (d) S. Caelest. Ep. 21. ad Episc. Galliarum.

rentibus fidei veritatem ^(a). Tuta non est in talibus longior conniventia, quia tandem pene criminis est connivere in talibus, quanti est tam irreligiosa praedicare ^(b). Abscidendum igitur tale vulnus, quo non unum membrum laeditur, sed totum corpus Ecclesiae sauciatur ^(c). Atque divina opitulante pietate providendum, ut amputatis dissensionibus fides catholica inviolata servetur, et his qui prava defendunt, ab errore revocatis, nostra auctoritate, quorum fides probata fuerit, munitur ^(d).

Implorato itaque cum assiduis nostris, tum et piorum Christifidelium privatis publicisque precibus Spiritus Sancti lumine, omnibus plene et mature consideratis, complures ex actis, et decretis memoratae Synodi propositiones, doctrinas, sententias, sive expresse traditas, sive per ambiguitatem insinuatas, suis, ut praefatum est, cuique appositis notis, et censuris damnandas et reprobandas censuimus, prout hac nostra perpetuo valitura constitutione damnamus, et reprobamus. Sunt autem quae sequuntur.

De obscuratione veritatum in Ecclesia.

Ex Decr. de Grat. §. I.

I. *Propositio, quae asserit postremis hisce saeculis sparsam esse generalem obscurationem super veritates gravioris momenti spectantes ad Religionem, et quae sunt basis fidei, et moralis doctrinae Jesu Christi.*

Haeretica.

De potestate communitati Ecclesiae attributa, ut per hanc Pastoribus communicetur.

Epist. Convoc.

II. *Propositio quae statuit potesta-*

(a) Chrysol. Epist. ad Euthych. (b) LSE Caelest. 3 Epist. 119 n. 2. (c) Id. Epist. Cyrill. n. 3. (d) S. Leo. M. Epist. 23. Flaviano C. P. n. 2.

presidiendo perpetuamente ofrece la verdad de la fe á los que la buscan. No es acertada en tales materias una tolerancia por tanto tiempo, porque casi es tan grande crimen el disimulo en las tales cosas, como el enseñar lo que es tan opuesto á la Religion. Debe pues sajarse la llaga que no solo daña un miembro, sino que ofende á todo el cuerpo de la Iglesia. Y con el favor de la divina piedad se debe tomar providencia para que cortadas las disensiones, se conserve inviolada la fe católica, y sacados del error los que defienden mala doctrina, sean por nuestra autoridad fortalecidos aquellos cuya fe fuese probada.

Implorada pues la luz del Espíritu Santo no solo por nuestras freqüentes oraciones, sino tambien por las privadas y públicas de algunos piadosos Fieles de Cristo, considerado todo plena y maduramente, hemos decretado que deben ser condenadas y reprobadas muchas proposiciones, doctrinas y sentencias de las actas y decretos del mencionado Sínodo, ó expresamente enseñadas ó insinuadas por su ambigüedad, poniendo, como se ha dicho antes, á cada una sus notas y censuras, segun por esta nuestra constitucion, que ha de valer para siempre, las condenamos y reprobamos; y son las que se siguen.

Del obscurecimiento de las verdades en la Iglesia.

Del Decreto de Gracia §. I.

I. La proposicion que dice, que en estos últimos siglos se ha espandido un general obscurecimiento sobre las verdades de mas grave momento que pertenecen á la Religion, y son la base de la fe y de la moral de la doctrina de Jesuchristo.

Herética.

De la potestad atribuida á la Iglesia en comun para que por esta se comunicase á los Pastores.

En la Carta Convocatoria.

II. La proposicion que establece que

(a) Chrysol. Epist. ad Euthych. (b) LSE Caelest. 3 Epist. 119 n. 2. (c) Id. Epist. Cyrill. n. 3. (d) S. Leo. M. Epist. 23. Flaviano C. P. n. 2.

tem à Deo datam Ecclesiae , ut communicaretur Pastoribus , qui sunt ejus ministri pro salute animarum.

Sic intellecta , ut à communitate fidelium in Pastores derivetur ecclesiastici ministerii , ac regiminis potestas.

Haeretica.

De capitibus ministerialis denominacione Romano Pontifici attributa.

Decr. de Fide §. 8.

III. Insuper quae statuit Romanum Pontificem esse caput ministeriale.

Sic explicata , ut Romanus Pontifex non à Christo in persona B. Petri , sed ab Ecclesia potestatem ministerii accipiat , qua velut Petri successor , verus Christi Vicarius , ac totius Ecclesiae caput pollet in universa Ecclesia.

Haeretica.

De potestate Ecclesiae quoad constituant , et sanciendam exteriorem disciplinam.

Decr. de Fide §§. 13. 14.

IV. Propositio affirmans , abusum fore auctoritatis Ecclesiae transferendo illam ultra limites doctrinae , ac morum , et eam extendendo ad res exteriore , et per vim exigendo id quod pendeat à persuasione , et corde , tum etiam , multo minus , ad eam pertinere , exigere per vim exteriorem subjectionem suis decretis.

Quatenus indeterminatis illis verbis extendendo ad res exteriore notet velut abusum auctoritatis Ecclesiae , usum ejus potestatis acceptae à Deo , qua usi sunt et ipsimet Apostoli in disciplina exteriore constituenda , et sancienda.

Haeretica.

V. Qua parte insinuat , Ecclesiam non habere auctoritatem subjectionis suis decretis exigendae aliter quam per me-

ha sido dada por Dios á la Iglesia la potestad para que se comunicase á los Pastores , que son Ministros suyos para la salud de las almas.

Entendida de tal suerte que del comun de los Fieles se derive á los Pastores la potestad del ministerio y régimen eclesiástico.

Herética.

De la denominacion de cabeza ministerial atribuida al Romano Pontífice.

Decreto de Fe §. 8.

III. Ademas la que establece que el Romano Pontífice es cabeza ministerial.

Entendida de tal modo que el Pontífice Romano no reciba de Christo en la persona de San Pedro , sino de la Iglesia , la potestad del ministerio , la qual tiene en la Iglesia universal como sucesor de Pedro , verdadero Vicario de Christo , y Cabeza de toda la Iglesia.

Herética.

De la potestad de la Iglesia en quanto á establecer y sancionar la disciplina exterior.

Decreto de Fe §§. 13. 14.

IV. La proposicion que afirma que seria abuso de la autoridad de la Iglesia el hacerla trascender de los límites de la doctrina y costumbres , y el extenderla á las cosas exteriore , y el exigir por fuerza lo que pende ya de la persuasion , ya del corazon ; y asimismo que mucho menos le pertenece á ella el exigir por fuerza una exterior sujecion á sus decretos.

En quanto en aquellas indeterminadas palabras , y el extenderla á las cosas exteriore , nota como abuso de la autoridad de la Iglesia el uso de su potestad recibida de Dios , de la qual usaron aun los mismos Apóstoles al establecer y sancionar la disciplina exterior.

Herética.

V. Por la parte que insinua que la Iglesia no tiene autoridad para exigir la sujecion á sus decretos por otros medios

dia, quae pendent à persuasione.

Quatenus intendat Ecclesiam non habere collatam sibi à Deo potestatem non solum dirigendi per consilia, et suasiones, sed etiam jubendi per leges, ac devios, contumacesque exteriore iudicio, ac salubribus poenis coercendi, atque cogendi.

Ex Bened. XIV. in Breve Ad assiduas anni 1755, Primi, Archiepiscopis, et Episcopis Regni Polon.

Inducens in sistema alias damnum ut haereticum.

Jura Episcopis praeter fas attributa.

Decr. de Ord. §. 25.

VI. Doctrina Synodi, qua profiteretur persuasum sibi esse, Episcopum accepisse à Christo omnia jura necessaria pro bono regimine suae Dioecesis.

Perinde ac si ad bonum regimen cuiusque Dioecesis necessariae non sint superiores ordinationes spectantes sive ad fidem, et mores, sive ad generalem disciplinam, quarum jus est penes Summos Pontifices, et Concilia generalia pro universa Ecclesia.

Schismatica, ad minus erronea.

VII. Item in eo quod hortatur Episcopum ad prosequendam naviter perfectiorem ecclesiasticae disciplinae constitutionem, idque, contra omnes contrarias consuetudines, exemptiones, reservationes, quae adversantur bono ordini Dioecesis, majori gloriae Dei, et majori aedificationi Fidelium.

Per id quod supponit Episcopo fas esse proprio suo iudicio, et arbitratu statuere, et decernere contra consuetudines, exemptiones, reservationes, sive quae in universa Ecclesia, sive etiam in unaquaque provincia locum habent, sine venia, et interventu superioris hierarchiae potestatis, à qua inductae sunt, aut probatae, et vim legis obtinent.

Inducens in schisma, et subversio nem hierarchici regiminis.

que los que penden de la persuasion.

En quanto intente que la Iglesia no tiene potestad conferida á ella por Dios, no solo para dirigir por consejos y persuasiones, sino tambien para mandar por leyes, y para contener y obligar á los extraviados y contumaces con juicio exterior y saludables penas, segun Benedicto XIV en el Breve *Ad assiduas* del año de 1755 al Primado, Arzobispos y Obispos del Reyno de Polonia.

Inductiva al sistema en otro tiempo condenado como herético.

Derechos atribuidos á los Obispos fuera de lo justo.

Decreto del Ord. §. 25.

VI. La doctrina del Sínodo con la que confiesa francamente que está persuadido á que el Obispo ha recibido de Cristo todos los derechos necesarios para el buen régimen de su Diócesis.

Como si para el buen régimen de qualquiera Diócesis no fuesen necesarios preceptos y disposiciones superiores que tocan á la fe y á las costumbres, ó á la disciplina general, cuyo derecho reside en el Sumo Pontífice y en los Concilios generales para toda la Iglesia.

Cismática, á lo menos errónea.

VII. Tambien en exhortar al Obispo á proseguir con vigilancia la mas perfecta constitucion de la disciplina eclesiástica, y esto contra todas las contrarias costumbres, exēnciones y reservaciones que se oponen al buen orden de la Diócesis, á la mayor gloria de Dios, y á la mayor edificacion de los Fieles.

Por quanto supone que le es lícito al Obispo por su propio juicio y arbitrio establecer y decretar en contrario de las costumbres, exēnciones, reservaciones que se observan, ya sea en la Iglesia universal, ó ya en cada una de las Provincias, sin el permiso é intervencion de la potestad gerárquica superior, por la que se introduxeron ó se reprobaron, ó tienen fuerza de ley.

Inductiva al cisma y á la destrucción del gobierno gerárquico, errónea.

VIII. Item quod et sibi persuasum esse ait, jura Episcopi à Jesu Christo accepta pro gubernanda Ecclesia nec alterari, nec impediri posse; et ubi contigerit horum jurium exercitium quavis de causa fuisse interrumpum, posse semper Episcopum, ac debere in originaria sua jura regredi, quotiescumque id exigit majus bonum suae Ecclesiae.

In eo quod innuit jurium episcopalium exercitium nulla superiori potestate praepediri, aut coerceri posse, quandocumque Episcopus proprio judicio censuerit minus id expedire majori bono suae Ecclesiae.

Inducens in schisma, et subversio-
nem hierarchici regiminis, erronea.

Jus perperam tributum inferioris Or-
dinis Sacerdotibus in decretis fidei,
et disciplinae.

Epist. Convoc.

*IX. Doctrina, quae statuit refor-
mationem abusuum circa ecclesiasticam dis-
ciplinam in Synodis Dioecesanis ab Epis-
copo, et Parochis aequaliter pendere,
ac stabiliri debere: ac sine libertate de-
cisionis indebitam fore subjectionem sug-
gestionibus, et jussionibus Episcorum.*

Falsa, temeraria, episcopalis au-
toritatis laesiva, regiminis hierarchici
subversiva, favens haeresi Arianae à
Calvino innovatae.

*Ex Ep. Convoc. ex Ep. ad Vic. For.
Ex Orat. ad Syn. §. 8. ex Sess. 3.*

*X. Item doctrina, qua Parochi,
aliive Sacerdotes in Synodo congregati
pronuntiantur una cum Episcopo judi-
ces fidei, et simul innuitur judicium in
causis fidei ipsis competere jure pro-
prio, et quidem etiam per ordinationem
accepto.*

Falsa, temeraria, ordinis hierar-
chici subversiva, detrahens firmatudo.

*VIII. Tambien el decir que se halla
persuadido á que los derechos del Obispo
recibidos de Jesuchristo para el gobierno
de su Iglesia ni pueden ser alterados ni
impedidos en su efecto; y que quando
acaeciere que el ejercicio de estos dere-
chos hubiese sido interrumpido por qual-
quier causa, puede siempre el Obispo y
debe volver á sus derechos primordiales
siempre que lo pida el mayor bien de su
Iglesia.*

En quanto da á entender que el exer-
cicio de los derechos episcopales por nin-
guna potestad superior puede ser estorba-
do ó coartado mientras que el Obispo por
su propio juicio tenga esto por menos
conveniente al mayor bien de su Iglesia.

*Inductiva á cisma y á la destrucción
del gobierno gerárquico, errónea.*

*Derecho falsamente atribuido á los
Sacerdotes del orden inferior en los
decretos de fe y disciplina.*

Carta Convocatoria.

*IX. La doctrina que establece que la
reforma de los abusos acerca de la disci-
plina eclesiástica depende y se debe esta-
blecer en los Síndicos Diocesanos con igual
Proposicion falsa, ofensiva al derecho de los Concilios generales y de los Sumos Pontífices, scandalosa, y que favorece el cisma.

De los juramentos.

Lib. Memor. para la reforma de los juramentos §. 5.

LXXV. La doctrina que enseña que en los felices tiempos del principio de la Iglesia eran mirados los juramentos por tan agenos de los documentos del divino Maestro, y de la aurea sencillez evangélica, que el mismo jurar sin extrema é inevitable necesidad se reputaba como un acto irreligioso indigno de un Cristiano, y ademas que la serie no interrumpida de los Padres de comun acuerdo demuestra que los juramentos fueron tenidos por prohibidos: y de aquí se pasa el Sínodo á reprobar los juramentos que adoptó la Curia Eclesiástica, siguiendo las regla de la jurisprudencia feudal, como él dice, en las investiduras y en las mismas sagradas ordenaciones de los Obispos. Y por tanto establece que se pida á la potestad secular una ley para abolir los juramentos que se exigen en las Cúrias, aunque sean eclesiásticas, al tiempo de recibir los cargos ú oficios, y generalmente para todo acto curial.

Falsa, injuriosa á la Iglesia, ofensiva al derecho eclesiástico, subversiva de la disciplina introducida y aprobada por los Cánones.

De las conferencias eclesiásticas.

De las Conferenc. ecles. §. 1.

LXXVI. El desprecio con que insulta á la escolástica, como á la que ha abierto camino para inventar sistemas nuevos y discordes entre sí en orden á las verdades más apreciables, y conducido por último al probabilismo y laxismo.

vatorum vitia, qui abuti ea potuerunt, aut abusi sunt.

Falsa, temeraria, in sanctissimos viros, et Doctores, qui magno Catholicae Religionis bono scholasticam excoluere, injuriosa: favens infestis in eam haereticorum conviciis.

Ibid.

LXXVII. Item in eo quod subdit, mutationem formae regiminis ecclesiastici, qua factum est, ut Ministri Ecclesiae in oblivionem venirent suorum jurium, quae simul sunt eorum obligationes, eo demum rem adduxisse, ut obliterari faceret primitivas notiones ministerii ecclesiastici, et solicitudinis pastoralis.

Quasi per mutationem regiminis congruentem disciplinae in Ecclesia constitutae, et probatae obliterari unquam potuerit, et amitti primitiva notio ecclesiastici ministerii, pastoralisve sollicitudinis.

Propositio falsa, temeraria, erronea.

§. 4.

LXXVIII. Praescriptio Synodi de ordine rerum tractandarum in collationibus, qua posteaquam praemisit, in quolibet articulo distinguendum id quod pertinet ad fidem, et ad essentiam religionis ab eo quod est proprium disciplinae, subjungit, in hac ipsa (*disciplina*) distinguendum, quod est necessarium, aut utile ad retinendos in spiritu Fideles, ab eo quod est inutile, aut onerosius, quam libertas filiorum novi foederis patiatur, magis vero ab eo, quod est periculosem aut noxiem, utpote inducens ad superstitionem, et materialismum.

Quatenus pro generalitate verborum comprehendat, et praescripto examini subjiciat etiam disciplinam ab Ecclesia constitutam, et probatam, quasi Ecclesia, quae spiritu Dei regitur, disciplinam constituere posset, non solum inutilem, et onerosiorem, quam libertas christiana patiatur, sed et periculosam, noxiem, inducentem in superstitionem, et materialismum.

Falsa, temeraria, scandalosa, per-

los vicios de los particulares que pudiéron abusar de ella, ó han abusado.

Falso, temerario, injurioso á los santísimos varones y Doctores que han cultivado la escolástica con grande utilidad de la Religion Católica, y que favorece las injurias que los hereges han dicho contra ella.

Allí mismo.

LXXVII. Tambien en lo que añade que la mutacion de la forma del régimen eclesiástico, de la qual ha dimanado el que los Ministros de la Iglesia se olviden de sus propios derechos, que son al mismo tiempo obligaciones suyas, ha conducido las cosas á tal extremo, que haya hecho olvidar las ideas primitivas del ministerio eclesiástico y de la solicitud pastoral.

Como si por la mutacion del régimen conveniente á la disciplina que se ha establecido y recibido con aprobacion en la Iglesia se pudiese jamas olvidar y perder la idea primitiva del ministerio eclesiástico ó de la solicitud pastoral.

Proposicion falsa, temeraria, errónea.

§. 4.

LXXVIII. El decreto del Sínodo acerca del orden de las cosas que se han de tratar en las conferencias, en el qual despues de decir que en cualquier articulo se ha de separar lo que pertenece á la fe y á la esencia de la Religion de lo que es peculiar de la disciplina, añade: En esta misma (*disciplina*) se debe separar lo que es necesario y útil para conservar en el espíritu á los Fieles de aquello que es inútil, ó mas gravoso que lo que permite la libertad de hijos de la nueva alianza, y mucho mas debe separarse de lo que es peligroso ó dañoso, como que induce á la supersticion y al materialismo.

En quanto por su generalidad comprehende y sujeta al exámen prescrito aun aquella disciplina que la Iglesia ha establecido y aprobado: como si la Iglesia, que es regida por el espíritu de Dios, pudiese establecer una disciplina no solo inútil y mas gravosa que lo que sufre la libertad christiana, sino tambien peligrosa, dañosa, y que induzca á la supersticion y al materialismo.

Falsa, temeraria, escandalosa, per-

niciosa, piarum aurium offensiva, Ecclesiae, ac spiritui Dei quo ipsa regitur, injuriosa, ad minus erronea.

Convicia adversus aliquas sententias in scholis catholicis usque adhuc agitatas.

Orat. ad Synod. §. 2.

LXXIX. Assertio quae conviciis et contumeliis insectatur sententias in scholis catholicis agitatas, et de quibus Apostolica Sedes nihil adhuc definendum, aut pronuntiandum censuit.

Falsa, temeraria, in scholas catholicas injuriosa, debitae apostolicis constitutionibus obedientiae derogans.

De tribus regulis fundamenti loco à Synodo positis pro reformatione Regularium.

Libell. Memorial. pro reform. Regularium §. 9.

LXXX. Regula prima, quae statuit universe, et indiscriminatim statutum regularem, aut monasticum natura sua componi non posse cum animarum cura, cumque vitae pastoralis muniberibus, nec adeo in partem venire posse ecclesiasticae hierarchiae, quin ex adverso pugnet cum ipsiusmet vitae monasticae principiis.

Falsa, perniciosa, in sanctissimos Ecclesiae Patres, et Praesules, qui regularis vitae instituta cum clericalis Ordinis muniberibus consociarunt, injuriosa, pio, vetusto, probato Ecclesiae mori, Summorumque Pontificum sanctionibus contraria: *quasi Monachi quos morum gravitas, et vitae, ac fidei institutio sancta commendat, non rite, nec modo sine religionis offensione, sed et cum multa utilitate Ecclesiae Clericorum officiis aggregentur.*

Ex S. Siricio, Epist. Decret. ad Himerium Tarragon. c. 13.

LXXXI. Item in eo quod subjungit, Sanctos Thomam, et Bonaventuram.

niciosa, offensiva á los piadosos oídos, injuriosa á la Iglesia y al espíritu de Dios, por el que es regida, á lo menos errónea.

Dicterios proferidos contra algunas sentencias que hasta el presente se han ventilado en las escuelas católicas.

En la Oracion del Sínodo §. 2.

LXXIX. La asencion que con injurias y contumelias desprecia las sentencias que se disputan en las escuelas católicas, sobre las cuales la Sede Apostólica no ha resuelto el definir ó determinar cosa ninguna.

Falsa, temeraria, injuriosa á las escuelas católicas, y que deroga á la obediencia debida á las constituciones apostólicas.

De las tres reglas puestas por el Sínodo por fundamento de la reforma de los Regulares.

Libel. Memor. para la reforma de los Regulares §. 9.

LXXX. La regla primera que establece universal é indistintamente que el estado regular ó monástico por su naturaleza no es compatible con la cura de almas y con los cargos de la vida pastoral, y por tanto no puede entrar en parte de la gerarquía eclesiástica sin oponerse diametralmente á los principios de la misma vida monástica.

Falsa, perniciosa, injuriosa á los santísimos Padres y Prelados de la Iglesia, que asociaron á los ministerios del Orden clerical las observancias de la vida regular, contraria á la costumbre de la Iglesia piadosa, antigua y aprobada. Como si los Monges á quienes hace recomendables la gravedad de costumbres, y una santa instrucción en la vida y en la fe, no se agregasen rectamente á los oficios de los Clérigos, y no tan solo sin ofensa de la Religion, sino antes bien con mucha utilidad de la Iglesia.

Ex S. Siricio Epist. Decret. ad Himerium Tarragon. c. 13.

LXXXI. Tambien en lo que añade que los Santos Tomás y Buenaventura de

ram sic in tuendis adversus summos homines Mendicantium Institutis versatos esse, ut in eorum defensionibus minor aestus, accuratio major desideranda fuisset.

Scandalosa, in sanctissimos Doctores injuriosa, impiis damnatorum auctorum contumeliis favens.

LXXXII. Regula secunda. Multiplicationem Ordinum, ac diversitatem naturaliter inferre perturbationem, et confusionem: item in eo quod praemittit §. 4. Regularium fundatores, qui post monastica instituta prodierunt, Ordines superaddentes Ordinibus, reformationes reformationibus nihil aliud effecisse, quam primariam mali causam magis magisque dilatare.

Intellecta de Ordinibus, et Institutis à Sancta Sede probatis, quasi distincta piorum munerum varietas, quibus distincti Ordines addicti sunt, natura sua perturbationem, et confusionem parere debeat.

Falsa, calumniosa, in Sanctos fundatores, eorumque fideles alumnos, tum et in ipsos Summos Pontifices injuriosa.

LXXXIII. Regula tertia, qua postquam praemisit, parvum corpus degens intra civilem societatem, quin fere sit pars ejusdem, parvamque monarchiam figit in statu, semper esse periculosum; subinde hoc nomine criminatur privata monasteria, communis instituti, vinculo sub uno praesertim capite consociata, velut speciales totidem monarchias civili reipublicae, periculosas, et noxias.

Falsa, temeraria, Regularibus Institutis à Sancta Sede ad Religionis profectum approbatis injuriosa, favens haereticorum in eadem instituta Insectationibus, et calumniis.

De systemate, seu ordinationum complexione ducta ex allatis regulis, et octo sequentibus articulis comprehensa pro reformatione Regularium.

§. 10.

LXXXIV. Art. I. De uno dum-

tal modo se empleáron en defender las Ordenes Mendicantes contra unos tan grandes hombres, que en sus defensas se hubiera deseado menor ardor y mayor exáctitud.

Escandalosa, injuriosa á los santísimos Doctores, y que favorece á las contumelias impías de los autores condenados.

LXXXII. La regla segunda, que la multiplicacion de Ordenes Religiosas y su diversidad naturalmente introduce la perturbacion y la confusion. Tambien en lo que dice antes §. 4, que los fundadores de los Regulares que florecieron despues de los institutos monásticos, aumentando Ordenes sobre Ordenes, reformas sobre reformas, no habian hecho otra cosa que extender mas y mas la causa del mal.

Entendida de las Ordenes é Institutos aprobados por la Santa Sede, como si la distinta variedad de piadosos exercicios á que se aplican los diversos Ordenes debiese por su naturaleza producir la perturbacion y confusion.

Falsa, calumniosa, injuriosa á los Santos fundadores y á sus fieles hijos, y tambien á los mismos Sumos Pontífices.

LXXXIII. La regla tercera, en la qual despues de decir que un pequeño cuerpo que existe vivo, habita dentro de la sociedad civil sin ser casi parte de ella, y que forma una pequeña monarquía, es siempre peligroso en el estado; culpa inmediatamente baxo de este nombre á los particulares monasterios, que con el lazo de un instituto comun se unen baxo de una cabeza, como si fuesen otras tantas particulares monarquías peligrosas y dañosas al estado civil.

Falsa, temeraria, injuriosa á los Institutos Regulares aprobados por la Santa Sede para beneficio de la Religion, y que favorece las persecuciones y calumnias de los hereges contra los mismos Institutos.

Del sistema ó complejó de los mandatos, sacado de las dichas reglas, y comprendidos en los ocho artículos siguientes para la reforma de los Regulares.

§. 10.

LXXXIV. Art. I. Que haya de

taxat Ordine in Ecclesia retinendo, ac de seligenda piae caeteris regula Sancti Benedicti, cum ob sui praestantiam, tum ob praeclara illius Ordinis merita: sic tamen ut in his, quae forte occurunt temporum conditioni minus congrua, instituta vitae ratio apud Portum-Regium lucem preferat ad explorandum quid addere, quid detrahere conveniat.

2. Ne compotes fiant ecclesiasticae hierarchiae, qui se huic Ordini adjunixerint, nec ad sacros Ordines promoveantur, praeterquam ad summum unus, vel duo initiandi tanquam Cura-
ti, vel Capellani monasterii, reliquis in simplici laicorum ordine remanentibus.

3. Unum tantum in unaquaque civitate admittendum monasterium, idque extra moenia civitatis in locis abditioribus, et remotioribus collocandum.

4. Inter occupationes vitae monasticae pars sua labori manuum inviolatae servanda, relicto tamen congruo tempore psalmodiae impendendo, aut etiam, si cui libuerit, litterarum studio. Psalmodia deberet esse moderata, quia nimia ejus prolixitas parit praecipitantiam, molestiam, evagationem. Quo plus auctae sunt psalmodiae, orationes, preces, tantumdem peraequa proportione omni tempore immutatus fervor est, sanctitasque Regularium.

5. Nulla foret admittenda distinc-
tio Monachos inter sive choro, sive ministeriis addictos; inaequalitas isthaec gravissimas omni tempore lites excita-
vit, ac discordias, et à communita-
tibus Regularium spiritum caritatis ex-
pulit.

6. Votum perpetuae stabilitatis nunquam tolerandum. Non illud norant veteres Monachi, qui tamen Ecclesiae consolatio, et Christianismi ornamentum extiterunt. Vota castitatis, paupertatis, et obedientiae non admittentur instar communis, et stabilis regulae. Si quis ea vota, aut omnia, aut aliqua facere voluerit, consilium, et veniam ab Episcopo postulavit, qui

quedar una sola Orden Religiosa en la Iglesia, y que haya de preferirse entre las demás la regla de San Benito, así por su antigüedad, como por los distinguidos méritos de esta Orden; pero de suerte que en las cosas que puedan ocurrir menos convenientes á la condicion de los tiempos, se tenga presente el Instituto de Puerto Real, para averiguar lo que conviene añadir ó quitar.

2. Que no sean anumerados en la gerarquía eclesiástica los que entrasen en esta Orden, ni sean promovidos á los sagrados Ordenes, sino á lo mas uno ó dos que se ordenaren como Curas ó Capellanes del monasterio, quedando los restantes en la simple clase de legos.

3. Que solo debe admitirse un monasterio en cada ciudad, y este se ha de construir fuera de sus muros en sitios los mas retirados y remotos.

4. Que entre las ocupaciones de la vida monástica se ha de observar inviolablemente la labor de manos, dexando no obstante tiempo proporcionado para emplearle en la salmodia, ó si alguno quisiere en el estudio de las letras. La salmodia deberia ser moderada, porque la demasiada prolixidad produce precipitacion, molestia y distraccion. Quanto mas se ha aumentado la salmodia, las oraciones y preces, otro tanto á proporcion se ha disminuido en todo tiempo el fervor y la santidad de los Regulares.

5. Ninguna distincion deberia admitirse entre los Monges que estan adictos al coro, y los que lo estan á otros ministerios: esta desigualdad en todos tiempos ha excitado gravísimos pleytos y discordias, y ha desterrado de las comunidades de los Regulares el espíritu de caridad.

6. Nunca debe tolerarse el voto de perpetua permanencia en el estado. Este no le conocieron los antiguos Monges, los cuales no obstante eso fueron el consuelo de la Iglesia y el lustre del Christianismo. No se admitan como regla comun y estable los votos de castidad, pobreza y obedientia. Si alguno quisiere hacer todos estos votos ó alguno de ellos, pida consejo y el permiso al Obispo; pero este no permiti-

tamen numquam permittet, ut perpetua sint, nec anni fines excedent. Tantummodo facultas dabitur ea renovandi sub iisdem conditionibus.

7. Omnem Episcopus habebit inspectionem in eorum vitam, studia, progressum in pietate: ad ipsum pertinet Monachos admittere, et expellere, semper tamen accepto contubernialium consilio.

8. Regulares Ordinum, qui adhuc remanent, licet Sacerdotes in hoc monasterium admitti etiam possent, modo in silentio, et solitudine propriae sanctificationi vacare cuperent: quo causa dispensationi locus fieret in generali regula numero secundo statuta, sic tamen ne vitae institutionem sequantur ab aliis discrepantem, adeo ut non plus quam una, aut ad summum duae in diem Missae celebrentur, satisque caeteris Sacerdotibus esse debeat una cum communitate concelebrare.

Item pro reformatione Monialium.

§. II.

Vota perpetua usque ad annum quadragesimum, aut quadragesimum quintum, non admittenda. Moniales solidis exercitationibus, speciatim labori addicendae: à carnali spiritualitate, qua pleraeque distinentur, avocandae: expendendum, utrum, quod ad ipsas attinet, satius foret monasterium in civitate relinquiri.

Systema vigentis, atque jam antiquitus probatae, ac receptae disciplinae subversivum, perniciosum, constitutis apostolicis, et plurium Conciliorum etiam generalium, tum speciatim Tridentini sanctionibus oppositum, et injuriosum: favens haereticorum in monastica vota, et regularia instituta stabiliori consiliorum evangelicorum professioni addicta conviciis, et calumniis.

rá jamas que sean perpetuos, ni duren mas de un año; solamente se les dará facultad para renovarlos baxo de las mismas condiciones.

7. El Obispo tendrá toda la inspección sobre la vida de ellos, sus estudios y adelantamientos en la piedad. A él pertenecerá el admitir Monges y expelerlos; pero siempre con acuerdo de los que viven en el mismo monasterio.

8. Los Regulares de las Ordenes existentes, aunque sean Sacerdotes, podrán ser admitidos en este monasterio, siempre que quieran dedicarse á su propia santificación en silencio y soledad, en cuyo caso habrá lugar á la dispensación de la regla establecida en el número segundo; pero con tal que no sigan un tenor de vida diferente del de los otros, de suerte que no se celebre sino una ó á lo mas dos Misas al dia, y deberá bastar á los demás Sacerdotes el concurrir á la celebración con la comunidad.

Tambien para la reforma de las Monjas.

§. II.

No deberán admitirse los votos perpetuos hasta los quarenta ó quarenta y cinco años. Las Monjas se han de dedicar á exercicios sólidos, especialmente á la labor de manos: se las ha de retrair de aquella carnal espiritualidad á que muchas estan asiadas: se reflexionará si por lo tocante á ellas convendria mas que se quedase dentro de la ciudad el monasterio.

Sistema subversivo de la disciplina que hoy florece, y que desde lo antiguo fue aprobada y recibida. Pernicioso, opuesto, é injurioso á las constituciones apostólicas, y á lo determinado por muchos Concilios, aun generales, especialmente por el Tridentino, y que favorece á las injurias y calumnias que han proferido los hereges contra los votos monásticos é institutos regulares dedicados á la mas estable práctica de los consejos evangélicos.

De nationali Concilio convo-
cando.

Libell. Memor. pro convoc. Concil. national. §. I.

LXXXV. *Propositio enuntians qualemcumque cognitionem Ecclesiasticae Historiae sufficere, ut fateri quisque debeat convocationem Concilii nationalis unam esse ex viis canonicas, qua finiantur in Ecclesia respectivarum nationum controversiae spectantes ad Religionem.*

Sic intellecta, ut controversiae ad fidem, et mores spectantes in Ecclesia quacumque subortae, per nationale Concilium irrefragabili judicio, finiri valeant, quasi inerrantia in fidei, et morum quaestionibus nationali Concilio competenteret.

Schismatica, haeretica.

Mandamus igitur omnibus utriusque sexus Christifidelibus, ne de dictis propositionibus, et doctrinis sentire, docere, praedicare præsumant, contra quam in hac nostra Constitutione declaratur, ita ut quicumque illas, vel earum aliquam conjunctim, vel divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputando publice, vel privatim tractaverit, nisi forsitan impugnando, ecclesiasticis censuris, aliisque contra similia perpetrantes à jure statutis poenis, ipso facto, absque alia declaratione subjaceat.

Caeterum per hanc expressam præfatarum propositionum, et doctrinarum reprobationem, alia in eodem libro contenta nullatenus approbare intendimus, cum præsertim in eo complures comprehensa fuerint propositiones, et doctrinae sive illis, quae supra damnatae sunt affines, sive quae communis ac probatae cum doctrinae, et disciplinae temerarium contemptum, tum maxime infensem in Romanos Pontifices, et Apostolicam Sedem animum præseferunt.

Duo vero speciatim notanda

De que haya de convocarse un Conci-
lio nacional.

Libel. Memor. sobre convocar un Concilio nacional §. I.

LXXXV. La proposicion que dice que basta el menor conocimiento de la Historia Eclesiástica para que qualquiera se vea precisado á confesar que la convocacion de un Concilio nacional es una de aquellas vias canónicas para que se terminen en la Iglesia de las respectivas naciones las disputas que toquen á la Religion.

Entendida de suerte que las disputas pertenecientes á la fe y las costumbres que se suscitasen en qualquiera Iglesia puedan ser terminadas con un juicio irrefragable por un Concilio nacional, como si tuviese el Concilio nacional el privilegio de no errar en las qüestiones de la fe y de las costumbres.

Cismática, herética.

Mandamos pues á todos los Fieles Christians de uno y otro sexô, que acerca de las dichas proposiciones y doctrinas no se atrevan á sentir, enseñar ó predicar en contra de lo que se declara en esta nuestra Constitucion, de tal modo que qualquiera que enseñare, defendiere ó dieire á luz estas proposiciones ó alguna de ellas juntas ó separadas, ó tratare de ellas, aunque sea disputando pública ó privadamente, como no sea impugnándolas, que de sujeto *ipso facto*, sin otra declaracion, á las censuras eclesiásticas, y á las otras penas impuestas por el derecho contra los que hacen semejantes cosas.

Mas por esta expresa reprobacion de las mencionadas proposiciones y sentencias de ningun modo es nuestra intencion aprobar las demas cosas que se contienen en el mismo libro, especialmente hallándose en él muchas proposiciones y doctrinas que ó se acercan á las que aquí arriba se han condenado, ó que manifiestan un temerario desprecio de la doctrina y de la disciplina, y principalmente un ánimo irritado contra los Pontífices Romanos y la Sede Apostólica.

Pero juzgamos que con particularidad

semus, quae de augustissimo sanctissimae Trinitatis mysterio §. 2. Decretri de Fide, si non pravo animo imprudentius certe Synodo exciderunt, quae facile rudes praesertim et incautos in fraudem impellere valeant. Primum, dum posteaquam rite praemisit Deum in suo esse unum, et simplicissimum permanere, continuo subjungens, ipsum Deum in tribus Personis distingui, perperam discedit à communi, et probata in christiana doctrinae institutonibus formula, qua Deus unus quidem in tribus Personis distinctis dicitur, non in tribus Personis distinctus: cuius formulae commutatione hoc vi verborum subrepit erroris periculum, ut essentia divina distincta in Personis putetur, quam fides catholica sic unam in Personis distinctis confitetur, ut eam simul profiteatur in se prorsus indistinctam.

Alterum quod de ipsomet tribus divinis Personis tradit, eas secundum earum proprietates personales, et incommunicabiles exactius loquendo exprimi, seu appellari Patrem, Verbum, et Spiritum Sanctum, quasi minus propria, et exacta foret appellatio Filii, tot Scripturae locis consecrata, voce ipsa Patris è coelis, et è nube delapsa, tum formula baptismi à Christo praescripta, tum et praeclarilla illa confessione, qua Beatus ab ipsomet Christo Petrus est pronuntiatus; ac non potius retinendum esset quod edocitus ab Augustino angelicus Praeceptor ^(a) vicissim ipse docuit in nomine Verbi eamdem proprietatem importari, quae in nomine Filii, dicente nimirum Augustino ^(b), eo dicitur Verbum, quo Filius.

Neque silentio praetereunda insignis ea, fraudis plena Synodi temeritas, quae pridem improbatam ab Apostolica Sede Conventus Gallicani declaratione an. MDCLXXXII, ausa

deben ser notadas dos cosas, que si no con intencion dañada, á lo menos con imprudencia las dice el Sínodo acerca del augustísmo misterio de la santísima Trinidad en el §. 2. del Decreto de Fe, las cuales fácilmente pueden inducir á engaño, en especial á los ignorantes é incautos. La primera quando despues de haber dicho rectamente que Dios permanece en su ser siempre uno y simplicísimo, añadiendo á continuacion que este mismo Dios se distingue en tres personas; se aparta sinestramente del modo de hablar comun y recibido en el Catecismo de la Doctrina Christiana, en el que se dice: Dios uno en tres distintas Personas, y no, Dios distinto en tres Personas; por cuya mudanza de locucion se introduce segun lo que expresan las palabras un peligro de error con que se piense que la divina esencia es distinta en las Personas, quando la fe católica de tal manera la confiesa una en Personas distintas, que la publica al mismo tiempo del todo indistinta en sí misma.

La segunda cosa es el decir de las mismas tres divinas Personas, que segun sus propiedades personales é incomunicables con mayor exáctitud se expresan ó se llaman Padre, Verbo y Espíritu Santo; como si fuese menos propio y exácto el nombre de Hijo, consagrado en tantos lugares de la Escritura con la voz misma del Padre, salida del cielo y de la nube, tambien en la fórmula del bautismo instituida por Christo, é igualmente en aquella ilustre confesion, por la qual Pedro fue llamado Bienaventurado por el mismo Christo; y como si no debiera sostenerse con mayor razon lo que instruido por San Agustin enseñó despues el angélico Maestro, que en el nombre de Verbo se incluye la misma propiedad que en el de Hijo, diciendo San Agustin: Por lo mismo se dice Verbo por lo que se dice Hijo.

Ni debe pasarse en silencio aquella grande temeridad del Sínodo, llena de fraude, con que se atreve no solo á celebrar con grandísimas alabanzas la declaracion de la Asamblea Galicana de MDCLXXXII,

(a) S. Thom. I. q. 2. 34. art. 2. ad 13. (b) S. Aug. de Trinit. l. 7. c. 2.
UVA: BHSC. LEG 14-3 n° 1119

*sit non amplissimis modo laudibus exor-
vare, sed quo majorem illi auto-
ritatem conciliaret, eam in Decretum
de Fide inscriptum insidiose includere,
articulos in illa contentos palam adop-
tare, et quae sparsim per hoc ip-
sum Decretum tradita sunt, horum
articulorum publica, et solemnni profes-
sione obsignare. Quo sane non solum
gravior longe se Nobis offert de Syno-
do, quam praedecessoribus nostris fuerit
de comitiis illis expostulandi ratio,
sed et ipsimet Gallicanae Ecclesiae non
levis injuria irrogatur, quam dignam
Synodus existimaverit, cuius auctoritas
in patrocinium vocaretur errorum, qui-
bus illud est contaminatum Decretum.*

*Quamobrem quae acta Conventus
Gallicani, mox ut prodierunt praedecessor
noster Ven. Innocentius XI.
per Litteras in forma Brevis die XI
Aprilis an. MDCLXXXII, post autem
expressius Alexander VIII. Const.
Inter multiplices die IV Augusti an-
ni MDCXC, pro Apostolici sui mune-
ris ratione improbarunt, resciderunt,
nulla, et irrita declararunt, multo
fortius exigit à Nobis pastoralis solli-
citudo recentem horum factam in Synodo
tot vitiis, affectam adoptionem velut tem-
erariam, scandalosam, ac praesertim
post edita praedecessorum nostrorum de-
creta, huic Apostolicae Sedi summopere
injuriosam reprobare, ac damnare, pro-
ut eam praesenti hac nostra Constitu-
tione reprobamus, et damnamus ac
pro reprobata, et damnata haberi
volumus.*

*Ad id genus fraudis pertinet,
quod Synodus in hoc ipso Decreto de
Fide quamplures articulos complexa,
quos Lovaniensiis facultatis Theologi
ad Innocentii XI judicium detulerunt,
tum et alios duodecim à Card. de Noai-
lles Benedicto XIII oblatos non dubita-
verit ex reprobato secundo Ultrajectensi
Concilio vanum, vetusque commentum ex-
suscitare, temereque his verbis jactare in
vulgus, nempe universae Europae notis-
simum esse, eos articulos Romae severis-
simo examini subjectos fuisse, et non so-*

reprobada por la Sede Apostólica, sino tambien á incluirla insidiosamente en el decreto que intitula de la Fe, á adoptar abiertamente los artículos que en ella se contienen, y á sellar con la pública y solemne confesión de estos artículos quanto enseña en diversos parages de este mismo decreto. En lo qual no solo se nos ofrece un motivo mas grave para quejarnos del Sínodo, que el que tuviéreron nuestros predecesores para quejarse de aquella junta, sino que tambien se hace una gran injuria á la misma Iglesia Galicana, á la que el Sínodo ha juzgado digna de que su autoridad sirviese para apoyar los errores con que está contagiado este decreto.

Por lo qual habiendo en uso de su Apostólico ministerio reprobado, rescindiendo y dado por nulas y de ningun valor dichas Actas de la Asamblea Galicana luego que se diéron á luz nuestro Venerable predecesor Inocencio XI en sus letras en forma de Breve de once de Abril de MDCLXXXII, y despues mas expresamente Alejandro VIII en su Constitucion *Inter multi-
plices* de quatro de Agosto de MDCXC; con mayor razon exige de Nos la solicitud pastoral que reprobemos y condenemos la reciente apropiacion tan viciosa de estas actas hecha por el Sínodo, como temeraria, escandalosa é injuriosa en gran manera á la Sede Apostólica, especialmente despues de publicados los decretos de nuestros predecesores, como por esta presente Constitucion nuestra la reprobamos y condenamos, y queremos sea tenida por reprobada y condenada.

A este género de fraude pertenece el que el Sínodo en este mismo decreto de la fe abrazando muchos artículos que los Teólogos de la Universidad de Lovaina sujetaron al juicio de Inocencio XI, como tambien otros que el Cardenal de Noailles presentó á Benedicto XIII, no dudó resucitar aquella vana y antigua ficcion, tomándola del segundo Concilio de Utrecht, que está reprobado, y divulgarla temerariamente con estas palabras: que aquellos artículos habian sufrido un rigurosísimo exámen en Roma y no solo habian salido

Ium à qualicumque censura immunes exiisse, sed etiam à laudatis Romanis Pontificibus fuisse commendatos: cuius tamen assertae commendationis non modo nullum extat authenticum documentum, quin potius eidem refragantur acta examinis, quae in nostrae supremae Inquisitionis tabulis asservantur, è quibus id tantum apparet, nullum super iis prolatum fuisse judicium.

Hisce propterea de causis librum hunc ipsum, cui titulus Atti, e Decreti del Concilio Diocesano di Pistoja dell' anno MDCCCLXXXVI. — In Pistoja per Atto Bracali, Stampatore Vescovile. — Con approvazione; sive praemisso, sive quovis alio titulo inscriptum, ubicumque, et quocumque idiomate, quavis editione, aut versione hactenus impressum, aut impri mendum, auctoritate apostolica tenore praesentium prohibemus, et damnamus, quemadmodum etiam alios omnes libros in ejus, sive ejus doctrinae defensionem, tam scripto, quam typis forsan jam editos, seu, quod Deus avertat, edendos, eorumque lectionem, descriptionem, retentionem et usum, omnibus et singulis Christifidelibus sub poena excommunicationis per contrafacentes ipso facto incurri dae, prohibemus pariter, et interdic mus.

Praecipimus insuper Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, nec non haereticae pravitatis Inquisitoribus, ut contradictores, et rebelles quoscumque per censuras, et poenas praefatas, aliaque juris, et facti remedia, invoca to etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio, omnino coerceant, et compellant.

Volumus autem ut earumdem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quae ipsis originalibus Litteris adhiberetur, si forent exhibatae, vel ostensae.

Nulli ergo hominum liceat hanc pa-

libres de toda censura, sino que habian sido recomendados por los sobredichos Romanos Pontífices; de cuya recomendacion que tanto se asegura no solamente no hay ningun documento auténtico, antes bien se oponen á ella las actas del exámen que se guardan en los registros de nuestra suprema Inquisicion, de las cuales solo resulta que no se profirió acerca de ellos sentencia alguna.

Por tanto, por estas causas en virtud de la autoridad apostólica por el tenor de las presentes prohibimos y condenamos este mismo libro, cuyo título es: *Atti, e Decreti del Concilio Diocesano di Pistoja dell' anno MDCCCLXXXVI. — In Pistoja per Atto Bracali, Stampatore Vescovile. — Con approvazione;* ó con cualquier otro título donde quiera, ó en cualquier idioma, en qualquiera edicion ó traducion que hasta aquí se haya impreso ó se imprimiere; como tambien todos los libros que en defensa de este ó de su doctrina hubiesen salido á luz manuscritos ó impresos, ó que, lo que Dios no quiera, salieren en adelante. Y prohibimos igualmente y vedamos á todos y á cada uno de los Fieles Christianos, baxo la pena de excomunion, que incurrirán *ipso facto* los que lo contrario hicieren, que los lean, trasladen, retengan ó usen.

Mandamos ademas á nuestros Venerables Hermanos los Patriarcas, Arzobispos y Obispos, y á los demas Ordinarios locales, como tambien á los Inquisidores de la herética pravedad, que á qualesquiera contradictores y contumaces, absolutamente los repriman y compelan con las censuras y penas sobredichas, y con los demas remedios de hecho y de derecho, invocando para esto, si fuere necesario, el auxilio del brazo secular.

Y queremos que á los traslados de estas presentes Letras, aunque sean impresos, firmados de algun Notario público, y sellado con el sello de alguna persona constituida en dignidad eclesiástica, se les dé enteramente la misma fe que se daria á las Letras originales si fueran exhibidas ó mostradas.

A nadie pues sea lícito infringir este

ginam nostrae declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, et interdictionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, quinto Kalendas Septembres, Pontificatus nostri anno vigesimo. — Ph. Card. Pro-Datarius. — R. Card. Braschius de Honestis. — Visa de Curia. — J. Manassei. — Loco  plumbi. — F. Lavizzarius. — Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, indictione duodecima, die vero trigesima prima Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, et Domini nostri Domini Pii Divina Providentia Papae VI anno vigesimo, supradictae Litterae Apostolicae affixae, et publicatae fuerunt ad valvas Basilicae Lateranen., et Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, Curiae generalis in Monte Citatorio, in Acie Campi Flora, ac in aliis locis solitis, et consuetis Urbis per me Joannem Renzoni Apostolicum Cursorem. — Felix Castellacci, Magister Cursorum.

Certifico yo D. Felipe de Samaniego, Caballero de la Orden de Santiago, del Consejo de S. M., su Secretario y de la Interpretacion de Lenguas, que este trasunto de una Bula de S. S. es conforme á su original, y que la traduccion que le acompaña me parece que está bien y fielmente hecha en castellano, lo que he ejecutado de acuerdo del Consejo; y para que conste lo firmé en Madrid á 28 de Febrero de 1795. — Don Felipe de Samaniego.

DON BARTOLOME MUÑOZ DE TORRES,
del Consejo de S. M., su Secretario, Escribano de Cámara
mas antiguo y de Gobierno del Consejo.

Certifico, que por los Señores de él se ha visto el trasunto de la Bula expedida por la Santidad de Pio VI en Roma á veinte y ocho de Agosto de mil setecientos noventa y quatro, por la que se condena el Sínodo celebrado en Pistoya en el año de mil setecientos ochenta y seis por el Obispo de aquella Diócesis Scipion Ricci,

escrito de nuestra declaracion, condenacion, mandato, prohibicion é interdiccion, ni oponerse á él con temerario atrevimiento; y si alguno presumiere cometer tal atentado, sepa que incurrá en la indignacion de Dios Todopoderoso y de los bienaventurados San Pedro y San Pablo sus Apóstoles.

Dada en Roma en Santa María la Mayor el dia veinte y ocho de Agosto, año de la Encarnacion del Señor mil setecientos noventa y quatro, año vigésimo de nuestro Pontificado. — Ph. Cardenal, Pro-Datario. — Romualdo Cardenal Braschi Honesti. — Vista de Curia. — Joseph Manassei. — En lugar  del sello de plomo. — F. Lavizzario. — Registrada en la Secretaría de Breves.

El dia 31 de Agosto año del nacimiento de nuestro Señor Jesucristo mil setecientos noventa y quatro, indicacion duodécima, y vigésimo del Pontificado de nuestro Santísimo en Christo Padre y Señor el Señor Pio VI por la divina Providencia Papa, yo Juan Renzoni, Cursor Apostólico, he fixado y publicado las antecedentes Letras Apostólicas á las puertas de las Basílicas de San Juan de Letran, de San Pedro, de la Cancillería Apostólica, y de la Curia general del Monte-Citatorio, en la plaza del Campo de Flora, y en los demás parages acostumbrados de Roma. — Félix Castelacci, Cursor mayor.

con la traducción que de ella se hizo por el Secretario de la Interpretación de Lenguas, y teniendo presente las Reales órdenes que S. M. ha comunicado al Consejo en este asunto en diez y quince de este mes, ha mandado que se imprima y publique dicha Bula sin perjuicio de las regalías, derechos y facultades de S. M., y que se comuniquen exemplares de ella á las Chancillerías y Audiencias Reales, y á los M. RR. Arzobispos, RR. Obispos, Prelados Seculares y Regulares y Universidades del Reyno para el fin resuelto por S. M. en las citadas Reales órdenes. Y para que conste lo firmo en Madrid á veinte y uno de Diciembre de mil y ochocientos.

Es copia del original, de que certifico. Madrid dos de Enero de mil ochocientos y uno.

D. Bartolome Muñoz.